

diversam habet malitiam, ut v.g. percussio Sacerdotis, vel fornicatio cum eodem, & materia aliquando auget, & addit malitiam, nam si v.g. sit contra Eucharistiam addit communi violationi rei sacræ aliud peccatum contra Latrariam. Ita Navarrus, Cajetanus, Valentia, Azorius, Layman, Bonacina, Filliuc. & alii Recentiores. Denique de penis sacrilegii tam secundum Leges Civiles, quam Canonicas agit Aftel. tit. 34. cit. art. 3. ubi ait secundum Canones præter penitentiam esse quoque excommunicationem cum distinctione tamen, quia pro sacrilegio in personam Ecclesiasticam commissio est excommunicatione major ipso jure, pro sacrilegio vero in rebus commissio est minor præter quosdam casus, in quibus est excommunicatione major, ut cum quis Ecclesiam incendit, vel frangit, nam contra infringentes, & spoliantes Ecclesias, seu loca sacra constituta est poena excommunicationis ipso facto juxta Azorium, Grafium, Sayrum, Reginaldum, & alios communiter, ut refert Bonacina disp. 3. q. 5. punct. un. ubi etiam addit per loca sacra, quorum violatione sacrilegium committitur, non solum intelligi templum auctoritate Episcopi consecratum, verum etiam Monasteria, Hospitalia, & alia loca per Episcopum consecrata cap. Ad hæc de Religiosis domibus, ubi hæc loca comparantur Ecclesiis. Alia plura de sacrilegio vide apud Tancred. de Relig. tract. 2. lib. 3.

37 Quoniam vero sacrilegium committitur, ut dictum est, extrahendo confugiens ad loca sacra, aliqua hic magis necessaria de Immunitate Ecclesiarum dicemus, & quidem Ecclesiis Christianorum concessam esse Immunitatem Ecclesiasticam, ita ut delinquentes ad ea confugiens per vim extrahi non possint, patet ex c. Miror, cap. Definivit, c. Nullus 17. qu. 2. quibus autem Ecclesiis, & sacris locis competat jus immunitatis patet ex modo dictis, quod non modo competit Ecclesiis, auctoritate Episcopi fundatæ, & consecratæ, aut etiam solummodo benedictæ, sed etiam Monasteriis, Hospitalibus, & aliis locis per Episcopum consecratis, ac benedictis, ut patet ex cap. cit. Ad hæc, de Religiosis domibus, ubi hæc loca sacra Ecclesiis comparantur, de quibus alia plura videri possunt ex Antiquioribus apud Aftel. nostrum lib. 6. tit. 30. art. 5. & ex Recent. apud Bonac. disp. 3. cit. q. 7. qui plures alios de hac materia citat, & fuse discursit. Quinam tandem gaudere Immunitate Ecclesiasticam, certum est omnes Fideles ad Ecclesias, & prædicta loca confugiens hoc privilegio gaudere, exceptis casibus in jure expressis, & præsertim in Constit. Gregorii XIV. incipiente: *Cum alias*, quam per extensum refert Bonac. loc. cit. cujus tenor est hujusmodi. Ut Laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & religiosa prædicta confugiens, si fuerint publicæ latrones, viarumque graffatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obfident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum. 3. Qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, ac earum Cæmeteriis committere non verentur. 4. aut qui proditorie proximum suum occiderint. 5. aut Assassinii. 6. aut hæresis rei 7. aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei Immunitas Ecclesiastica non suffragetur. 8. in aliis casibus confugiens ad Ecclesias gaudent immunitate. Si quis vero contra hanc Constitutionem læserit immunitatem Ecclesiasticam erit casus Papæ reservatus. Ita Pontifex ad verbum in Constitut. cit. in qua disertè proponit, & explicat quid circa confugiens ad loca sacra servandum sit, alia plura de Immunitate Ecclesiarum vide apud Tancred. cit. tract. 1. lib. 4.

38 Demum ex dictis deducitur cum Abellio de primo Decalogi præcepto sect. 1. §. 5. quorū modis in hoc præceptum peccare, etenim ex dictis 2. de vitis Religionis oppositis per excessum infertur in primis contra hoc primum Decalogi præceptum peccare qui idolatriam, ac Judaismum profectur, aut a fide, vel Religione Catholica per apostasiam recedunt. Qui dogmatibus Hæreticorum, aliisque erroribus ab Ecclesia damnatis peracriter adherent, vel de aliquo articulo fidei veritate dubitant. Qui fidem negant, vel dissimulant cum illam exterius profiteri tenentur. Qui creature cultum soli Deo debitum impendant, vel si Deo illum impendant, superstitionum tamen, & indebitum. Qui ad sanitate acquirendam modis utuntur indebitis, & superstitiosis nullam ex natura sua habentibus ad talem effectum producendum. Qui rerum futurarum, vel occultarum cognitionem inquirunt per modos supersticiosos, & indebitos, ut per divinos, & ariolos, per præstigia, & somnia, per Astrologiam judicariam ab Ecclesia reprobata, per auguria, sortes, & alios modos indebitos, ac vitiosos. Qui vanis quibusdam, & frivolis observationibus eventura sibi bona, vel mala opinantur, & tandem qui maleficiis amatoris, vel beneficiis utuntur ad damna proximo inferenda. Deinde ex dictis in hoc tertio articulo de vitis Religionis oppositis per defectum deducitur contra hoc primum Decalogi præceptum peccare qui Deum tentant, negligitque mediis ab ejus providentia ordina-

tis effectum aliquem sine ulla necessitate, vel ratione ab eo expectant. Qui sacrilegium aliquod perpetrant personam Deo sacras iniuriose percutiendo, vel loca sacra profanando, ac eorum immunitatem violando, & imagines Sanctorum contumeliose tractando. Et tandem qui Sacramenta indignè suscipiunt, vel ministrant, & vasa, ac ornamenta Ecclesie, aliaque res sacras ad usus profanos adhibent, & verbis Sacre Scripturæ ad res superstitiosas, ridiculas, vel falsas abutuntur, ut discursit Abellius loc. cit. & facilliter potest ex dictis deduci.

QUESTIO TERTIA.

De secundo Decalogi Præcepto.

39 **C**onsequenter agendum est de secundo Decalogi præcepto: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, quo divinum ipsum nomen debito honore prosequi jubetur, & illud in vanum quovis modo adumere prohibetur, unde hujus secundi præcepti verbis ex una parte abusus divini nominis prohibetur, & irreverentia illa, quæ à blasphemis, perjuris, aut temerè jurantibus committitur, & ex altera præcipitur, ut divino nomini reverentia summa exhibeatur, juramenta serventur, & vota Deo facta fideliter adimpleantur, quapropter ad pleniorum eius explanationem de tribus præsertim hic agemus, scilicet, de blasphemia, juramento, & voto.

ARTICULUS PRIMUS.

De Blasphemia.

40 **P**rimò declarandum est quid sit Blasphemia, quæ quidem est nomen Græcum idem significans, quod maledictio, vel execratio bonitatis aliquis; unde si spectemus vim nominis, blasphemiam appellari potest quodcumque maledictum, quo detrahatur de honore, & dignitate alterius, sive tamen Catholicorum, & SS. Patrum hoc nomen dumtaxat pro maledictione in Deum, ut Aftel. advertit lib. 2. tit. 90. qua nimirum quis derogat, & convitiatur divinæ excellentiæ, sive directè, ut quando ipsi Deo immediatè maledicitur, sive indirectè, ut quando maledicitur alicui rei, in qua laudatur Deus, aut sunt sancti. Quicumque igitur, vel negat aliquid de Deo, quod ei convenit, aut asserit aliquid de Deo, quod ei non convenit, divinæ derogat bonitati, & excellentiæ, quod quidem continere potest, ait Aftel. vel secundum intellectum tantum, vel etià secundum intellectum, & affectum, & utroque modo huiusmodi derogatio, si sit tantum in corde, est blasphemia cordis, si vero in ore, est blasphemia oris, blasphemia vero Sanctorum ex consequenti redundat in Deum, & tandem addit, quod blasphemia proprie consistit in verbis, ut notat etiam Bonac. disp. cit. q. 8. pu. 1. cum Suar. Lefs. & aliis, licet extenso nomine etiam in factis committi possit, sicut etiam confessio, & negatio fidei, licet proprie sint in verbis, nihilominus tamen etiam accipiuntur in factis secundum illud ad Titum 1. *Confitentur se nosse Deum, falsis autem negant*, & hoc etiam docuit D. Th. 2. 2. q. 53. ar. 1. ubi blasphemiam ait esse peccatum, quo quis ex pravo cordis affectu de excellentiâ divinæ bonitatis detrahit, illique contumeliâ infert, vel negando aliquid, quod ipsi proprium est, vel aliquid imponendo, quod ei minime convenit.

41 Secundo, blasphemia proprie, & formaliter non est infidelitas, nec per se primò opponitur confessioni fidei, ut loquitur D. Th. l.c. & ratio est, quia infidelitas consistit proprie in assensu aliquo interno falso de Deo, & in externa asseratione falsi ex tali assensu interno procedente, blasphemia autem proprie, & formaliter non consistit in ipso assensu, vel asseratione falsi, sed in dictione, sed significatione falsa de Deo, quæ ab assensu, vel asseratione falsa longè differt, potest enim quis assensu liberatè se velle aliquid falsi dicere, & significare, etiam si nihil falsi ipse sentiat, & assereret, & id quidem non solum verbo exteriori, sed etiam interiori mentis, si nimirum concepit tantum apprehensione quadam simpliciter ipsam falsitatem. Ex quo infertur blasphemiam formaliter, & per se primò non opponi virtuti Fidei, sed Religionis, qua parte præcipit laudem Dei, sicut enim ad hanc virtutem spectat laudare Deum, sic blasphemia, quia est contra laudem Dei, cum sit contumelia in ipsum, virtuti Religionis est opposita, & ita etiam sentiunt Navarrus, Sanchez, Azorius, Clavis regia, Bonacina, Toletus, Caspensis, & alii Recentiores passim, qui etiam advertunt, quod, quia nonnulla etiam sunt contumelie in Deum contra fidem, idè ex ea parte blasphemia confessioni fidei opponitur, non

non tamen formaliter, sed materialiter tantum, quia de essentia fidei est sentire verum de Deo propter veritatem revelantem, de essentia verò blasphemie, ut est sentire falsum de Deo, sed dicere falsum contra Deum, unde dicitur mendacium in blasphemiam materialiter tantum intervenire, quia blasphemia est locutio falsa non tamen animo dicendi falsum, sed intentione inhonorandi Deum, ob id tamen negare non irrendimus, quin blasphemia alia quoque malitia adungi possit, ut hæresis, aut odii, &c. per accidens, & concomitanter, ut patet ex regulis generalibus de malitia peccatorum, sed tantum intendimus malitiam blasphemie, ut sic, opponi virtuti Religionis, non Fidei, ob rationem allatam. quicquid dicit Vulpes disp. 46. art. 1.

42 Tertio plures divisiones blasphemie assignari solent, sed præcipua est illa quæ dividitur in hæreticalem, & non hæreticalem, seu simplicem; hæreticalem est illa, quæ articulis fidei directè opponitur, sed quæ aliquid asseritur fidei contrarium per verbum indicari modi, & ita continet enunciationem falsam expresse, aut virtualiter, ut v.g. Deum esse inuisum, non est misericors, abnegat Deum, aut fidem, &c. hæc enim verba, & similia abnegationem fidei continent, & infidelitatem, & in his casibus non solum blasphemiam committitur, verum etiam hæresim modo adit assensus intellectus cum pertinacia, siquidem hæresis consistit in errore intellectus cum pertinacia contra aliquam fidei veritatem, quod si talis assensus non adit, talis blasphemia hæreticalem quidem erit, non tamen cum hæresi coniuncta, & hoc observare debent Confessarii, & poenitentes qui se de talibus accusant, interrogent, num ita esse crediderint. Blasphemiam verò simplicem, seu non hæreticalem dicitur illa, quæ articulis fidei directè non opponitur, sed quæ directè non continet enunciationem contra divinam fidei veritatem, sed aliquid vituperabile non fidei contrarium per modum detestationis, ac veluti culpamdam imprecationis in Deum, ut si quis Deo maledicat, aut verba probralia in Deum proferat, ut v.g. maledictus sit Deus, velite nolite Deus, &c. talis etiam est blasphemia, qua per modum contumelie, & irrisionis Deo tribuitur quod verè in ipso reperitur, ut si quis contumeliose nominet Corpus, & Sanguinem Christi, & hæc præsertim divisiones blasphemie in simplici, & hæreticalem dicunt Doctores esse præ aliis diligenter observandum ut quisque sciat, quando blasphemiam denunciarè tenetur Inquisitoribus, vel Episcopis per edita id præcipiuntibus, aut abolitionem blasphemie sibi referantibus, quia de blasphemis hæreticibus ordinariè edita loquuntur.

43 Quarto conveniunt Doctores blasphemiam esse peccatum mortale ex genere suo, si cum perfecta advertentia verba blasphemie proferatur, quia ex genere suo gravem infert Deo iniuriam, unde dicitur ratione parvitas materis non posse feri peccatum veniale, quia non datur parvitas materis in blasphemia, cum omnis blasphemia in genere iniuriam Deo inferre videatur, sed tantum ex indeliberatione, & in advertentia, & ita etiam discursit Aftel. loc. cit. & Vulpes disp. 46. cit. de Blasphemia, art. 2. Inò quidam volunt esse etiam mortale, quamvis ex indeliberatione procedat, quando quis consuetudinem habet blasphemandi, eam delere non conatur, videtur enim tunc blasphemiam volente factam in causa, oppositum tamen verius esse censet Caspensis tractat. 17. de Fide disp. 6. sect. 1. cum Suarez, & aliis, quia cum imperfecta libertate, qualis est, cum adest imperfecta deliberatio, grave peccatum committi nequit. Difficultas tamen est, quando quis prævidet ex consuetudine futurum esse, ut in blasphemiam prorumpat cum imperfecta deliberatione, an ex vi huius prævisionis peccet mortaliter ratione consuetudinis, & idem Caspensis ait h. cit. adhuc verius esse, quod non sit peccatum mortale, non solum secundum se, sed neque etiam in causa, pro quo citat Valquez par. 2. disp. 117. cap. 3. ubi ait blasphemiam in ebrietate non imputari, quia non censetur injuria nisi scienter fiat, ac pròinde etiam, si futura prævideatur, non est peccatum in causa.

44 Oppositum tamen verius existimo cum Bonacini q. 9. cit. 3. nempe blasphemiam non ex habitu peccare mortaliter, quoties advertit ad pravam habitum, sed consuetudinem, illamque evellere non conatur, & extirpare, pro quo citat etiam Nav. Sanchez, & alios. Ratio est, quia voluntariè persistens in morali periculo, & occasione proxima peccandi mortaliter, sentitur peccare mortaliter, & dicitur esse in statu peccati; ergo voluntariè persistens in morali periculo, & occasione proxima blasphemandi, quam advertere lupponimus, nec eam delere satagit, censetur peccare mortaliter, & esse in statu peccati. Verum tamen est, quod si non blasphemat cum sufficienti advertentia, tunc blasphemiam non est in se voluntaria, sed tantum in causa, nec novum peccatum committere censetur, sed solum peccare in causa, quatenus pravam consuetudinem non abilitat, ad quam advertit, & ratio est, quia ut aliquis actus

dicitur in se peccaminosus, debet esse in se voluntarius, non sit peccatum enim nisi voluntarium, & sicut est voluntarium, ita est peccatum; sed blasphemiam absque advertentia prolata non est in se voluntaria; ergo non est in se novum peccatum, sed tantum in causa, ut patet a simili in peccatis ebriorum ante ebrietatem prævisis, sed tota malitia est in causa, unde talia peccata non sunt necessario in confessione exprimentia, cum enim non sint in se voluntaria, sed tantum in causa, opus non est illa exprimere, sed sufficit, ut exprimat causa, in qua sunt voluta; unde absolute falsum est, quod Caspensis dicebat, blasphemiam in ebrietate, etiam si futura prævideatur, non esse peccatum in causa, sicut enim nunquam daretur aliquod peccatum in causa, hoc enim ita explicatur ab omnibus; ut tale censetur, quando futurum prævideatur in causa.

45 Quinto est difficultas, An omnia peccata blasphemie sint ejusdem speciei infimæ, cuius difficultatis solutio necessaria est, ut sciamus, an in confessione exprimentia sit qualitas blasphemie, v.g. an contra Deum, vel sanctos fuerit. Aliqui dicunt omnia peccata blasphemie esse ejusdem speciei infimæ, & idè in confessione qualitatem ejus non esse necessariò exprimentia pro quo dicendi modo citatur Diana, Trullus, & alii. Alii vero dicunt Blasphemiam in Deum non differre specie a blasphemiam in Sanctos, quia blasphemiam opponitur Religioni, sed Religio, qua tribuitur cultus Deo, & Sanctis propter Deum est unius speciei ergo sunt peccata ejusdem speciei. Alii tamen blasphemiam hæreticalem habere malitiam speciei diversam a simplici, & non hæreticali, quia hæc Religioni tantum opponitur, illa verò etiam fidei, hæreticales tamen inter se comparatas esse omnes ejusdem speciei, sicut & hæreticales inter se, & idè in confessione dicunt sufficere, si dicatur, tot blasphemias hæreticales protuli, & tot non hæreticales, quia hæreticalitas malitiam speciei diversam superaddit non hæreticali, pro quo dicendi modo citatur Cafet. Bannes, Valent. Azor. Arrag. & alii. Bon. quoque q. 8. cit. punct. 4. tenet blasphemiam in Deum, & Sanctos speciei non differre ob rationem allatam, addit tamen qualitatem blasphemie adhuc in confessione explicandam esse sicut explicandam est quantitas damni, & furti quia hæc non solum est circumstantia peccati, sed aliquid spectans ad obiectum & constitutionem actus in suo esse individuali.

46 Oppositum tamen verius, & probabilius videtur cum Caspensi disp. 6. cit. sect. 2. & pluribus aliis, nimirum non tantum blasphemiam hæreticalem specie differre à non hæreticali, quia peccatum hæresis specie diversum est à peccato, quod non continet hæresim, neque est contra fidem, sed contra aliam virtutem, sed etiam blasphemiam in Deum, & Sanctos specie distingui, quia blasphemiam est contra laudem; sed laus tributa Deo, & Sanctis differunt specie, eò quod laus in Deum est à lauria, laus verò in Sanctos est à Dulia, quæ virtutes speciei differunt, sicut specie differunt adorationes lætitiæ, & Dulis; ergo etiam virtus his virtutibus opposita, & consequenter blasphemie contra Deum, & Sanctos specie distinguuntur, unde Religio, qua tribuitur cultus Deo, & Sanctis propter Deum est unius speciei subalterne non verò infimæ, cum sub se continet Latrariam, & Dulliam, quæ sunt virtutes speciei distinctæ, si incretam, & creatam, ut patet ex dictis q. præc. ar. 1. qua etiam ratione blasphemie contra Deiparam dici possunt specie diversæ à blasphemis contra alios Sanctos, quia sunt contra Hyperdulliam, quæ est virtus speciei distinctæ à Dulia, & blasphemiam in Christum Dominum sunt contra Latrariam. Quamvis autem blasphemie omnes hæreticales sint ejusdem speciei sicut & blasphemie simplices inter se comparatae, sicut & blasphemie contra Sanctos propter eandem rationem, nihilominus etiam blasphemie contra Deum possunt inter se specie differre, non quidem per se, sed per accidens, & concomitanter, quia illis per accidens alia malitia adungi potest, si nimirum blasphemiam simul occidit ex alio motivo, & pravo voluntatis affectu, tunc enim essent peccata specie distincta, ut si quis v.g. ex odio Deum blasphemaret, tunc non tantum contra Religionem peccaret, sed etiam contra charitatem, item si ex desperatione blasphemaret, ex superbia, aut ira, quia tunc simul peccaret eodem actu contra spem, humilitatem, & patientiam. Undè blasphemus in confessione explicare tenetur, an blasphemiam fuerit hæreticalem, vel simplicem, an fuerit contra Sanctos, an contra Deiparam, vel Christum Dominum, & an procellerit ex odio, ira, vel alio motivo extrinseco speciem mutante, quia blasphemie alia quoque malitia extrinseca adungi potest speciem mutans, quæ ex Tridentino necessario in Confessione est exprimentia, aliz verò blasphemie, quæ speciem non mutant, non sunt necessario exprimentia, licet intrà eandem speciem aliz sint majores, aliz minores, ut diximus lib. 4. sent. disp. 5. de Sacramento Poenitentia: q. 19. unde

unde fufficit eorum numerum dicere non exprimendo, quibus verbis prolata fuerint.

47 Sexto tandem est difficultas de blasphemia in Spiritum Sanctum, de quo varie sunt sententiae, & integram instituit deputationem Vultes nosse loc. in plures articulos distributam, sed pluribus dimissis, quae prorsus inutilia sunt, & potius ad speculationem pertinent, quam ad praxim. Valde probabilis mihi videtur sententia Magistri sent. 2. dist. 43. & aliorum veterum Theologorum ibidem, qui peccatum in Spiritum Sanctum illud esse interpretantur, in quo peculiariter certa quaedam malicia reperitur, quae non est in aliis, non quidem in eo consistens, ut aliqui explicare solent, ut quis sciens, & volens eligatrem, quam videt esse malam, sed in eo ut quodam peculiari consensu illa dona Dei abiciat, & aspiciat, quibus homines à peccatis extrahi solent, quae quoniam Spiritui Sancto peculiariter attribuantur, cui bonitas appropriatur, idcirco peccatum illud dicitur esse peculiariter in Spiritum Sanctum, secundum eum veritatem omne peccatum est contra Trinitatem, appropriate tamen peccatum ex infirmitate commissum dicitur esse contra Patrem, cui potentia appropriatur, commissum ex ignorantia contra Filium, cui sapientia, commissum ex certa malicia contra Spiritum Sanctum, cui appropriatur bonitas. Et haec etiam ratio peccatum huiusmodi irreversibile dici solet ex illo Matth. 12. non quia non possit remitti, vel quia non remittatur aliquando, sed quia ex sua ratione habet peculiarem causam cui non emittatur, ut Athesan, advertit loc. cit. siquidem peculiariter est contra Spiritum Sanctum cui peculiariter peccatum remissio tribuitur, tamquam amori. Haec autem blasphemia in Spiritum Sanctum in sex species dividi solet, scilicet, Desperationem, Praesumptionem, Impugnationem veritatis agnitae, invidentiam fraternae gratiae, Impoenitentiam, & Obfinationem, his enim peccatis diversa excluduntur dona, & abiciuntur quibus homines à peccatis deterreri solent, in quo diximus hanc blasphemiam consistere, quae dicitur esse specialiter in Spiritum Sanctum. Brevius autem Scotus noster 2. d. 43. q. 1. lit. D. docet peccatum in Spiritum Sanctum esse peccatum desperacionis, sive obfinationis in malo cum desperacione, & proposito non poenitentia dunde subdit ad peccatum in Spiritum Sanctum tria requiri, scilicet, quod sit ex certa malitia, quod sit contra praecipuum primae tabulae, & quod sit actus oppositus perfectissimo actui converso, & hoc modo est peccatum in Spiritum Sanctum, & est finalis impoenitentia, non quia homo decedit sine poenitentia, sed quia habet propositum de numquam poenitendo, & oritur ex desperacione, & sic dicit Aug. de Fid. ad Petrum, quod pessimi homines incidunt in hoc peccatum, ut patet de Cain, qui dixit Genes. 4. Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear, credidit enim misericordiam Dei esse minorem suo delicto, & misericordia Dei esse bonitas, quae appropriatur Spiritui Sancto, & ideo dicitur peccatum in Spiritum Sanctum. Ita dicitur Doct. loc. cit. Solet etiam hic queri, an damnatio in blasphemiam, & respondet affirmatice Athes. loc. cit. iuxta illud Apocal. 16. Blasphemaverunt nomen Domini habentis potestatem super has plagas, & est blasphemia cordis, quae detestantur iustitiam Dei eos poenitentes, non tamen est in eis demeritoria, sed pertinet partim ad poenam damnationis.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Juramento.

48 Primum observandum est nomine iuramenti actum Religionis significari, quo quis Deum in testem adhibet in confirmationem eorum, quae asserit, vel promittit, ea quae ratione profertur divina veritate esse indefectibilem, unde iurare, ut Athes. advertit lib. 1. tit. 18. est Deum in testem eorum, quae asseruntur, vel promittuntur invocare ex D. August. in quodam sermone de perjurio, & assumere Deum in testem dicitur iurare, quia quasi pro iure introductum est, ut quod sub invocatione divini testimonii dicitur, pro vero habeatur. Hinc iuramentum definitur a Scoto 3. d. 39. quae. un. A. quod est assertio dicti humani, quod ipsum verum, & hoc ultimatum iuxta dictum Apoll. Hebr. c. 12. omnis controversia finis est iuramentum, homo enim in sciens hominem esse mendacem, & ignorantem, & per consequens posse fallere, & falli, non potest certam fidem adhibere dictis suis, & ideo invenit esse modum asserendi dicta adducendo alium in testem, qui est verax, & sciens, qui nec fallere, nec falli potest, quod fit dum iurando adducitur in testem assertio iurantis ipse Deus, qui fit veritatem, & mentiri non potest. Forma autem iurandi est multiplex, ut notat Nicolaus de Orbellis ibidem, quandoque enim fit iuramentum expresse, ut cum quis iurat per Deum, vel per Christum dicendo per Deum, vel testis est mihi Deus, quod est iurare secundum

rem, ut ait D. Bonav. ibidem, quandoque fit tacite, & implicite, ut cum quis iurat per creaturas aliquas, quatenus illis elucet divina bonitas, vel potentia, ut quando quis iurat per Sanctos, per animam suam, aut per ignem, vel Solem &c. in his enim, & similibus iuramentis creaturae in testem asserti censetur adduci, non per se, sed quatenus dicite ordinem ad Deum, praesertim si nomen ipsius Dei addatur, ut si dicitur per ignem Dei, per Solem Dei, &c. Est alius quoque iurandi modus, qui fit per interpretationem, vel ut alii loquuntur per execrationem, quando nimirum quis sibi, vel suis malum aliquod imprecatur, sic quae Deum non modo in testem invocatur, sed etiam in vindicem, nisi dicta sua veritati correspondeat, ut cum dicitur, si hoc non fecero, hoc accidat mihi, vel filiis meis, unde secundum D. Aug. loc. c. sic iurans obligat se Deo, ut haec illis eveniant, si secus est, quod dicit, & sic Matth. 26. dicitur, quod Petrus coepit detestari, & iurare, hoc est, execrari, vel maledicere.

49 Secundum observandum, est quocumque modo iuret, ut id licite fiat, tres in iuramento requiri conditiones, ut docet D. Thom. q. 89. art. 7. & Athesanus, & Orbellius loc. cit. scilicet, iuret in veritate, iustitia, & iudicio iuxta id, quod habetur Hierem. 4. Jurabis, vivis Dominus, in veritate, iustitia, & iudicio, & ubi deest aliqua istarum conditionum est perituum. Veritas iuramenti in eo consistit, ut id, quod iuramento asseritur existimetur esse verum ab eo, qui iurat; iustitia iuramentum fiat de re licita, & honesta iudicium, ut non fiat, nisi ex gravi, & necessaria causa, ratio autem huius est secundum D. Bonav. 3. d. 39. circa lit. Q. P. quia iuramentum ad tria comparatur, scilicet, ad iuramentum, a quo procedit, & sic debet esse ibi iudicium, id est, delibetatio discreta, scilicet, ut non iuret etiam verum nisi propter necessitatem ad rem, de qua fit, & sic debet sibi veritas, ut sit adequatio sermonis, & rei ad causam, pro qua fit, & sic debet sibi iustitia, scilicet, ut pro causa iusta fiat. Quamvis autem iuramentum quibus tribus conditionibus servatis sit licitum, & bonum, nihilominus ut notat D. Th. q. 89. cit. art. 5. non est de genere bonorum, quae sunt per se bona, & appetenda, ut sunt oratio, jejunium, elemosina, &c. sed illorum, quae sunt bona tantum & appetenda ex suppositione necessitatis alioj, ut est medicina, quae non prodit nisi urgente infirmitate, unde similiter iuramentum non nisi raro, & urgente necessitate adhibendum est, cum sit veluti remedium, quod in fidei humanae defectum alluvit, quo sensu intelligenda sunt verba Christi Domini Matth. 5. Ego autem dico vobis non jurate omnino neque per Caelum, neque per Terram, his enim verbis prohibetur iuramentum factum ex quavis occasione, & sine necessitate, ut explicat D. Aug. lib. de Sermone in monte cap. 17. ita enim, inquit, intelligitur praecipisse Dominum, ne iuret, ne quisquam sciat bonum appetat iurjurandum, & ad iudicium iurandi ad perituum pro consuetudinem dilabatur, quapropter intelligit, non in bonis, sed in necessariis iurationem habendam & ideo refragat se, quantum potest, ne ea utatur, nisi in necessitate, &c. Quam vero prava sit iurandi consuetudo, ac perniciosa deducitur ex variis Scripturae locis, praesertim vero ex illo Eccl. 23. Juracionis non asserat cor tuum; multi enim casus in illa, &c. vir malum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.

50 Tertio pro intelligentia praedictarum trium conditionum, quae requiruntur, ut iuramentum sit licitum, observandum est veritatem ad iuramentum requisitam in hoc consistere, ut Bonac. advertit disp. 3. q. 1. punct. 5. ex D. Thom. loc. cit. art. 7. Suar. Sanch. Less. Valent. & alii, ut iurans non levi, sed probabiliter coniectura, & prudenter arbitretur verum esse, quod iurat, & hoc idem docet Scotus c. lit. B. & C. ubi ait, quod iurans, cuius oppositum magis credit, seu quod est sibi dubium, mortaliter peccat, cum iurans in tali casu Deum adducat in testem falsi, aut saltem exponat se periculo adducendi Deum in testem falsi, hoc tamen intelligendum est, nisi ob indeliberationem excusetur, ut ait Scot. ibidem, vel levem negligentiam in veritate indaganda; iste enim sunt regule generales à mortali generaliter excusantes. Deinde iustitia, quae est secunda iuramenti liciti conditio, in eo consistit, ut iuramentum non fiat de re illicita, unde qui scienter iurat aliquid, quod est manifestè illicitum, & contra divinum praecipuum, mortaliter peccat iurando, & etià iuramentum servando, & qui iurat se facturum aliquid veniale, venialiter peccat, & ratio est, quia fit irreverentia Deo in testem rei illicitae ipsum adducendo, ut notat Orbell. loc. cit. haec autem irreverentia est peccatum grave, aut leve iuxta gravitatem, vel levitatem materiae, supra quam iuramentum cadit. Tandem iudicium, quod est tertia conditio in iuramento requisita, in eo consistit, ut non fiat sine necessitate, & rationabili causa, quia si fiat sine necessitate, & in re levi iuramentum confirmare non fit necesse committitur peccatum defectu iudicii, ut si quis dicat, per Deum cras ibo ad Ecclesiam, vel missam ad-

Scotus

diam, carnes comedam, & similia; quamvis hoc peccatum non nisi veniale reputetur, quia non fit gravis irreverentia Deo, sed est quaedam vanitas, & superfluitas, à quibus tamen abstinentiam est, quia frequentia iurandi est periculosa, ex ipsa quippe saepe labimur in perjurium, ut ait Orbell. l. c. & ita etiam discunt Less. Suar. Sanch. Clav. reg. Bonac. & alii Recentiores.

51 Quarto, plures divisiones iuramenti solent assignari, sed praecipua est illa, quam Scotus assignat loc. cit. art. 3. quod duplex est iuramentum, assertorium, scilicet, & promissorium, & ratio est, quia dictum humanum, vel est de praesentibus, quorum non est determinata veritas, vel de futuris, quorum veritas est incerta de praeteritis, & praesentibus dicitur humanum dictum assertorium, & hoc attendendo assertio nem ad affirmationem, & negationem, in futuris autem cum fit in potestate iurantis dicitur esse promissorium, & secundum hoc, cum iuramentum fit utriusque dicti assertio, duplex est iuramentum, scilicet, assertorium, & promissorium, utrumque tamen est obligatorium, assertorium quidem, quia obligatur iurans ad dicendum verum, ex quo talem testem inducit ad assertionem dicti sui, & hoc iuramentum obligat solum pro tempore, quo iurat, promissorium vero, quia obligatur, ut illud verum esse faciat, & hoc respicit futurum, & ideo appropriatè dicitur obligatum ad iuramentum factum implendum, his etiam addi solent iuramentum execratorium jam supra explicatum, & comminatorium, in quo promittitur malum ponere, ut per Deum castigabo te, percutiam te, &c. verum, ut Toletus advertit lib. 4. cit. cap. 20. iuramentum hoc comminatorium ad promissorium reducitur, execratorium vero ad promissorium, & assertorium, & idem dixerunt est de quibusdam aliis divisionibus à Bonac. l. c. punct. 2. allatis, quod licet, aliud est absolutum, aliud conditionatum, aliud simplex, aliud solemne, quod licet, fit cum certa iuris formula, ut coram Notario, Iudice, &c. aliud verbale, reale, & mixtum, & cum, scilicet, ut verbis fit, vel actione aliqua, ut tactu pectoris, vel Crucis, vel Evangeliorum, vel verbis si mal, & actione corporali, haec enim omnia quoque ad assertorium, vel promissorium reducuntur. Est tamen dubium, an huiusmodi divisiones, sint essentielles, vel tantum accidentales, quae speciem non mutant, ita ut in confessione distinguere non sit opus. Communis opinio affirmat esse tantum accidentales, ita ut iuramentum sit ejusdem speciei quovis modo fiat, & ratio est, quia iuramentum in invocatione divini testimonii formaliter consistit, ut supra dictum est, haec autem ejusdem est rationis, quovis modo iuramentum fiat, sive sit assertorium, sive promissorium, sive simplex, sive solemne, sive per Deum, sive per Sanctos, & per accidens, unde in confessione opus non est ea exprimere per se loquendo, cum speciem non mutant, nec malitiam addant specie veritatem per se loquendo. Bonac. loc. cit. Suarez, Less. Azor. Valent. & Aret. ex nostris 3. d. 39. q. un. art. 2. & Mons Regalis cap. 2. de secundo Decalogi praecipio art. 2. §. 1.

52 Quinto queri solet, An iuramento liceat uti æquivocatione, & Doctores communiter conveniunt iurare cum æquivocatione, quando iusta causa est, & ipsa æquivocatio licet, non esse malum, quia ubi est ius occultandi veritatem, nulla irreverentia fit iuramento, si occultatur sine mendacio, unde licet æquivocet iurante, sive uti æquivocatione in iuramento, si iuramentum exigat in iure v. g. si quis iuramentum exigat, qui ius non habet illud exigendi, ut Iudex incompetentis, vel si iuri ordinem non servet. Item si exigatur per vim, iniuriam, & metum, ut si quis fuit à latronibus in via captus, qui ipsum dimittere noluerunt, nisi prius iuraret, se postea daturum centum aureos, si se potuit ratione coactionis æquivocet iurare dicendo, iure me daturum, & intra se dicere, si mihi liberierit, & tunc non tenetur, quia absoluitur ab uxore de adulterio occulto, & aliis similibus. Si autem talis æquivocatio fiat in iuramento sine iusta causa, non erit quidem perituum, cum saltem per restrictionem mentalem, & secundum aliquem sensum verborum verum iuratio possit, erit tamen ex genere suo mortale contra Religionem, cum fit gravi decipiendum, unde graviter peccat qui æquivocacione utitur, quando iuramentum iuste exigitur, ut à Iudice, vel Superiore in re gravi non rogatus, sed sponte sua iurat, cum eam tunc rationem quævocandi non habeat, licet sua iurati, vel locis Laym. Trullus. Tol. Bonac. & alii, quæcumque alii probabiliter addunt, quod si fiat tale iuramentum in re levi per jocum, & citra inobedientiam, ac notabile damnum alterius erit tantum veniale ratione parvitas materiae, quamvis alii contrarium sentiant.

53 Sexto queritur, quæ & quanta sit obligatio iuramenti

promissorii, pro cuius declaratione notandum est, in iuramento promissorio duas affirmari veritates, unam primariam de praesenti, quod si iurans habeat animum implendi, quod promittit, & quia quoad istam veritatem de praesenti iuramentum promissorium ab assertorio non differt, alteram secundariam de futuro, quod, si iurans impleturum sit suo tempore, quod promittit. Defectu primae veritatis iurans vere peccat mortaliter, si ve non habet animum implendi, sive materia sit parva, sive magna, licet, sive illicita, vel si dubitat an sit facturus nec ne, quod iurat, vel si putet sibi mortaliter impossibile, ut implet quod promittit. Ita Scotus d. 39. cit. lit. K. ubi loquens de iuramento doloso inquit, quod quando iurans aliquid esse facturum, in ipso actu iurandi intendit oppositum, & non intendit se obligare ad illud, quod iurat, talis in ipso actu iurandi peccat mortaliter, quia Deum adducit tamquam testem sui propositi de alio implendo, cum tamen intendat oppositum. Subdit autem Doctior, quod post illud iuramentum non manet obligatus, quia in obligationibus privatis nullus obligatur non intendens se obligare, quod tamen intelligendum est in foro interno, quia in foro externo cogi potest, ut servet, ut Sanchez, & Trullus advertunt, & alii Recentiores ob praesumptionem, veri iuramenti, ut ait Bonac. l. cit. punct. 7. Nec sequitur, ait Doctior, quod talis ex peccato suo reportet commodum, quia si dolose non iurasset esset obligatus, nullam enim commodum est reportare peccatum mortale, quod non reportaret, si non iurasset dolose, licet tenetur implere iuramentum, quæ tamen intentio non est à damnosa, sicut peccatum mortale, quod incurritur iurando dolose. Defectu autem secundae veritatis vere peccat, qui quod promittit, postea non implet, si rationabiliter implere potest, imò Tolet. l. 4. cap. 2. cum pluribus aliis addit, quod is, qui sub iuramento promittit se aliquid facturum, illud adimplere, tenetur sub peccato mortali, etiam si illud, quod promittit esse leve sit, & parva momenti, quia vere adductus est Deus ut testis, in quo fit factus, atque ideo si sine causa non facit, quantum est in se tacit Deum testem fallum. Nihilominus alii probabiliter quoque contrarium tenent, in proposito illud certum est, ut advertunt Navarros, Suarez, Sanchez, Layman, Buisemb. & alii, quod si ex eo, quod iurasti, tantummodo parvum aliquid non serves non esse grave, quia tunc parvitas materiae exulat, ut v. g. si iurasti servare statuta alicuius Capituli, Collegii, Universitatis, &c. si postea parvum aliquid statutum violas, graviter non peccas, quia tunc parvitas materiae excusat.

54 Septimo est difficultas de obligatione iuramenti coacti, quod scilicet, quis iurat aliquid facere ex metu ob velle precipientis, quam Doctores irresolutam relinquunt l. c. Aliqui Scotistae supposita distinctione de metu levi, & gravi cadente in constitutum vitium respondent, quod iurans ex metu levi, non observatur, quod iuravit, est perituum, nec excusatur à peccato mortali, quia talis metus levis non est sufficiens ad excusandum vitium, si non observat, quod iuravit, non est perituum, neque mortaliter peccat, quia talis metus, gravis sufficiens ad excusandum. Alii vero, ut Athesanus lib. 1. tit. 18. art. 7. ex D. Bonac. 3. d. 39. q. 3. art. 2. distinguunt duplex forum, scilicet, Ecclesiae, & conscientiae, nam in foro Ecclesiae iuramentum coactum non est obligatorium, quando metus est gravis, secus est si levis, tunc quia Ecclesia praesumit, quod ille, qui coactus iuravit, non iuravit voluntate implendi iuramentum, sed potius evadendi periculum, tamen quia ille qui iurare compellitur, cum malitiose, & dolose procederit, nullum ius acquirit, nec de malitia commodum reportare debet, unde nullus ius habet petendi. In foro autem Dei iuramentum coactum obligatorium est, quia cum Deus voluntatem interiori respiciat, & voluntas non possit cogi coactione sufficiente, sed inducente, & ita voluntas coacta voluntas sit, & tale sit adhuc voluntarium simpliciter, & solum secundum quid involuntarium, iudicat Deus talem hominem obligari, & ideo in foro conscientiae consilium est, ei qui sic iuravit, nisi relaxationem interveniat iuramentum implere, sic etiam tenet ex nostris Mons Regalis loc. cit. c. 4. §. quinto ex D. Thoma 2. 2. quae. 89. art. 7. ubi, quod in iuramento, quod quis coactus iurat, duplex est obligatio, una quidem, quia obligatur homini, cui aliquid promittit, & ratio obligatio tollitur per coactionem, & qui ille qui vim intulit hoc meretur, ut ei promissum non servetur, alia autem est obligatio, quia quis Deo obligatur, ut impletur, quod per non enim eius promissum, & talis obligatio non tollitur, in foro conscientiae, quia magis debet datum tempore, & tunc iuramentum, quam iuramentum violare, sicutiam dicitur Nicolaus de Orbellis l. c. & Bonacina cit. punct. 9. ubi ait esse commune assertum Doctorem iuramentum metu gravi extortum, modo fit de re licita, quod probat ex c. Si vero de Juramento, &c. Ad audientiam, P 4 quia

ab Episcopo instituantur adhibito solum Clericorum consilio, quos tamen in honorem alicujus Beati instituire nequit, nisi prius in numerum Sanctorum relatus fuerit, ut habetur cap. 1. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum, & cap. finali de feriis. Princeps autem secularis, Respublica, vel Civitas dies festos instituire non possunt, tamquam sacros, quia cultus dei festus est actus Religionis, potestas vero secularis aliquid Religio sum, vel sacrum instituire nequit cap. Cum laicis, De rebus Eccliesiæ non alienandis, & cap. Decernimus, de Judiciis; apponit autem dicitur Principem seculares non posse instituire dies festos, tamquam sacros, quia potest prætextu civilis honoris, vel alio titulo subditis præcipere, vel tali die a servilibus abstinere operibus, & aliis civilibus negotiis, & forensibus, & transgressoribus penam irrogare. Ita Clavis regia, Suarez, Sanchez, Sylvestre, Azorius, Angelus, Bonacina, & alii passim, hoc supposito.

72 Primum conveniunt Doctores hoc præcepto in diebus festis opera servilia prohiberi juxta illud Levit. 23. Omne opus servile non facies in eis, pro cuius operis servilia declaratione advertunt, opera nostra alia esse corporis, seu corporalia, & alia anime, qualia sunt legere, scribere, docere, disputare, concionari, consilium, & similia; corporalia vero quedam sunt ex le omnibus communia tam dominis, quam servis, nobilibus, & ignobilibus, ut iter facere, venari, ludere, piscari, canere, uti Musicis instrumentis, & similia; quedam vero sunt servis, & ignobilibus propriæ, ut erare, fodere, fabricare, aut alias ejusmodi mechanicas artes exercere, & hæc opera propriè servilia dicuntur, quia ex se famulatum quemdam important, quo homo homini servit, & famulatur, siquidem, ut notat Alesanus noster l. 1. tit. 22. ar. 4. opera corporalia tantum servilia dicuntur, in quantum propriè ad servientes pertinent, in quantum autem sunt communia servis, & liberis non dicuntur servilia; ex quo deducitur opera servilia, que die festo prohibentur, esse illa, que circa materiam externam versantur; & vel mechanica, & illiberalia sunt, ut erare, & fabricare; vel tantum laborem corporis requirunt, & ab operariis tantum, & servis fieri solent, unde ad rationem operis servilis impertinent est, ut aliqui dixerunt; utrum ex lucro fiat, vel ex recreatione, & an ista intentione fiat, vel illa pium nimirum, vel vana, & turpi, quia nihil horum naturam operis immutat, Ita Cajetanus, Suarez, Layman, Azorius, Reginaldus, Navarrus, Clavis regia, Fillucius, Bonacina, & alii Recentiores passim ex Riccardo, Alesano loc. c. & aliis antiquioribus, & sic etiam discurrat ex nostris Nicolans de Orbellis 3. d. 37. circa tertium Decalogi præceptum. Hæc autem prohibitio constat ex variis Conciliorum, & Pontificum decretis, quorum unum, vel alterum hic adducemus, ita enim refert Antoninus Augustinus lib. 26. tit. 19. cap. 1. decretum fuisse in Concilio Romano sub Eugenio Secundo h. s. verbis; *Constat omnino observare, ut in die Dominico nullus audeat operationem, operationemque peragere, præterquam in cibariis rebus, ita ut liberè possint, ac debite in eo seculorum possibilitatem emores ad Ecclesiam concurrere, & quæque verò rustica opera die Dominico agere præsumptorie, contra divina præcepta esse non dubitet.* De hac autem abstinentia ab operibus servilibus in die festo plura alia videri possunt apud Tamburinum de præceptis Decalogi lib. 4. c. 3. & ex nostris apud Montregalem de tertio Decalogi præcepto cap. 4. ar. 2. & apud Tancredum de Religione lib. 3. de obligatione festorum.

73 Secundo operibus servilibus ulterius junguntur duo alia operum genera, que licet non sunt servilia, quia tamen animum nimium a divino cultu abstrahunt, & temporalibus negotiis applicant diebus etiam Dominicis, & festis, Ecclesiastico jure prohibentur, mercatus, scilicet, id est mercium emptiones, & venditiones, forenses, ac iudiciales actus ad decisionem causarum, tam civilium, quam criminalium, tam secularium, quam Ecclesiasticorum spectantes. Ita Doctores communiter ex cap. de Feriis idque pariter constat ex variis Conciliorum, & Pontificum decretis, unde in Concilio Arelatino sub Carolo Magno c. 16. prohibetur; *Ne in diebus Dominicis, publicæ mercatus, necque causationes, & dispersiones, que exerceantur, & in Concilio Parisiensi sub Gregorio Quarto circa annum Domini 829. celebrato prohibetur pariter; *Ne in his facta, & venerabili die (Dominica), scilicet, mercatus, & placia, & ruralia quæcumque opera facere præsumant.* Tres autem sunt mercatus, ut Toletus advertit lib. 4. c. 4. primus, quivis in anno, aut ter singulis sit annis, & quædam diei solent, & hæc non sunt prohibite, aut si sunt, consuetudo obdormit, licet sit diebus festis, nisi in aliquo loco consuetudo contrarium obtinuerit, dum tamen sacrum audiatur. Secundus est mercatus, qui singulis sit hebdomadibus, & hic non licet diebus festis, nisi in aliquo loco consuetudo contrarium obtinuerit; Tertius tandem mercatus est emptio, & venditiones particularium, que sunt quotidie, &*

hæc etiam prohibentur in dicto Canonico. Ita Toletus ad verbum loco citato. Ex quibus deducitur, quod festis diebus citare non licet, nec testes adducere, id est, juramentum, iudiciale exigere, vel proferre, aut sententiam exequi, que si feratur, est irrita; nec licet vendere, vel emere res non necessarias, nec negotiari publicè, vel privatim; inire contractus emptionis, locationis, permutationis, & similes, quia intelligunt nomine mercatus prohibiti; licet tamen die festo excommunicare, diffensare, iudicem privatim informare, advocatum consilium, consilia conficere, eligere, &c. ut Busembadverit l. 3. tr. 3. c. ult. quia hæc, & similia strepitum iudiciale non requirunt. Ita Suarez, Layman, Fillucius, Bonacina, & alii Auctores cit.

74 Tertio dubitant Doctores de quibusdam operibus, an servilia sint, ac proinde, an diebus festis sint prohibita, ut sum iter facere, scribere, venari, pingere, uti musicis instrumentis, & similia; & quidem Navarrus, Suarez, Azorius, & alii communiter dicunt non esse servile, nec diebus festis prohibita iter facere, scribere, venari, recreationis gratia, quod de piscatione, & pictura aliqui etiam asserunt; apponit autem additur illa particula recreationis gratia, quia Sylvestre, Angelus, & quidam alii rationabiliter, dubitant, ad transcribere, & pingere, lucri causa, & demque ratione piscari, & venari diebus festis licitum sit, cum ejusmodi opera mercenarium, & servorum sint propria quando ob quædam, & lucrum principaliter fiunt, ac proinde servilia censeri possunt, quare concludunt in diebus festis tunc esse ab illis abstinere. Et quidem, ut singula breviter percurramus, transcripcio non est opus servile, nec proinde prohibita in die festo, ut clarè ostendunt Tamburinus, & Mons regalis nosse loc. cit. sive enim gratis, sive ex mercede, sive ex officio, sive alio modo fiat, semper est opus liberale, quia non differt ex his motivis ab ipsa actione scribendi, & Romæ passim Copiste die festo sine scrupulo sum hoc munus publicè exercere abque ulla Superiorum retinentia; sic etiam iter facere, sive id pedibus fiat, sive equo, sive lectica ab hominibus, equisque portata semper licet, quo casu omnia etiam itinera necessaria deseri possunt, quia hæc omnia censentur necessaria itinere, ut hic, vel illa parva reputantur, vel certe quia consuetudine sunt recepta. Servile item aliqui non putant venari, & aucupari etiam hoc fiat ob lucrum, licet alii contrarium sentiant, & excusent, solum pro consuetudine ad otium, aliaque pejora vitanda, item piscari saltem in fluminibus recreationis gratia, piscatio tamen moderata esse debet quia laboriosa, & ex officio non licet. Pingere autem, & scribere opus servile censetur secundam communione, pertinent enim hæc ad veras artes mechanicas saltem sibi interpretate hominum usus, licet Pictores contendant suam artem unam esse ex liberalibus; cum enim hæc opera ab eis communiter fieri solent, qui alii inserviunt iudicanda sunt opera servilia, ac proinde diebus festis illicita, præferunt si fiat ob lucrum, & questum, ac notabili temporis spatio, Tandem de aliis actibus corporalibus Musica nimirum, pulsationes instrumentorum, & agitationis corporum, que in saltationibus, choreis, & tripudiis fiunt, & aliis huiusmodi, dicendum est nullum istorum operum propriè, & strictè loquendo esse servile, etiam si mercenariè fiant, & ob questum, qui ad dictum est, hoc naturam operis non mutat; & quidem de Musica hoc manifestè patet, quoniam inter artes liberales computatur; tum quia hæc omnia non sunt propriè, & per se servorum opera, neque ad serviendum fiunt ex genere suo, sed ad recreationem; & honestam altantium delectationem pertinent, & hic est communior, & probabilior DD. dicendi modus.

75 Hic tamen nonnulli advertunt ex D. Chryl. hom. 8. de Resp. præsertim verò Alesanus de tertio Decalogi præcepto §. 1. quod licet festis diebus post soluta Religionis officia honesta aliqua, moderata recreatio concedatur, & permittatur; ita tamen, inquit Chryl. l. c. Sanctorum dierum servitias agi debet, ut relaxatione corporum paritas non corrumpatur animum, sed pariter abstinere ab omni luxu, ebrietate, & lascivitiis id officere censemus, ut neque in corpore corporali abstinencia non adipsam mentem pertinet, quædamque vendit plura sunt opera, que quamvis servilia non sint, propter tamen temporis excessum, quod in illis impeditur, diebus festis illicita censentur, siquidem hæc ratione, & cum tali circumstantia dierum istorum sanctificationi omnino opponi videntur nec enim a peccato excusari possunt, qui ludis, choreis, comestationibus, venationibus & aliis similibus totos dies festos transigunt, quo gravi abusu merito conqueritur D. Cyrillus Alexandrinus lib. 8. in S. Joan. cap. 5. his verbis; *Diebus ad exercenda opera servilia concessa unusquisque suo intuitu est operi, & abstinere a crapula, ludis, & vanitatibus; diebus autem festis passim concurrunt ad captivam, ad ludos, ad spectacula, ad choreas in irrisionem divini nominis, & ad præparacionem, id ne est, & Christiani, celebrare*

ARTICULUS SECUNDUS.

Quæ opera festis præcipiantur.

dem festum indulgere venari, & inconcessis voluptatibus habundare, &c.

76 Quarto docent communiter Doctores, in hujus præcepti transgressione materiz levitate ad peccato saltem morali exulare posse, unde si quis in aliquo opere servili brevi temporis spatio occupetur, parva unius horæ, peccati mortalis reatum incurrit non censentur, dummodo tamen scandalum addit. Item quæcumque opera urgentis necessitatis, sive publicæ, ut dicitur cap. licet de feriis, sive privata, ut cum tempore messis agricultoribus, & exportant; qua etiam ratione pauperes artihes, si aliter familiam suam alere nequeant, diebus festis laborare possunt; dummodo scandalum abst, maxime quando plures dies festi simul concurrunt; quamvis in his, & similibus casibus temperantius sit superiorum adit, scilicet, Episcopum, aut in ejus absentia Parochum, & ab eo licentiam postulare. Charitas etiam erga proximum excusare potest, per quam licet, & valent actus iudicialium pauperum, orphanorum, viduarum, & aliarum ratione in parvis oppidis cause civiles rusticiorum agitari possunt in illis diebus adesse nequeant, Consequendo quæcumque legitime præscripta, & Superioribus minime improbat quibusdam operibus aliis prohibitis a peccato excusat, nam si licet mundine illæ in festis passim haberi solent, hæc etiam ratione licitum est molere præsertim in molendinis ad aquam, vel ventum, ut notat ex nostris Montregalis l. c. cap. 7. & Alesanus tit. 33. ar. 3. in fine, quæ magna hominum opera, putat servandam esse regionis consuetudinem non prohibitam ad prelati cura fertationem a talibus operibus. Dispensatio tandem Episcopi, vel habentis potestatem quasi Episcopalem, ut Superioris Religio, imò & Parochi, quando difficilis est accessus ad Episcopum ab observatione festorum excusare potest. Aliæ etiam causæ assignari solent excusantes a peccato facientes opera prohibita die festo, que omnes ad septem redeunt, & alii Recentiores passim circa tertium Decalogi præceptum quibus prævit Alesanus nosse loc. cit.

77 Quinto tandem dubitari solet, an ille peccet mortaliter, qui plurius diebus festis aliqua parva opera servilia præstat, que simul sumpta magnam materiam videntur constituere, & notabilem temporis partem occupare. Afirmat Tolet l. c. cum quibusdam aliis, & ratio est, quia illa parva opera continuantur, & unam materiam notabilem integrant ad mortale sufficientem. Negant probabilis, Sanchez, Bonacina, Azorius, Reginaldus, Tamburinus, & alii communiter, & ratio est, quia cum cultus festi fit assiduis diei, transeunte die transit quoque obligatio cum ipso, & consequenter opus servile uno die factum toto temporis spatio continuatur cum opere servili alterius diei, & consequenter non integrant unam materiam notabilem ad peccatum mortale sufficientem, sicut qui singulis diebus aliquos divini officii verculos prætermittit; qui simul sumpti, & considerati materiam notabilem constituunt, mortaliter peccare non censentur, quia obligatio divini officii ad talem diem determinata est, & amixta, & transit cum ipso die, atque idè omisso verculorum in uno die facta; non continuatur cum omissione istorum in alio die facta. E contra verò mortaliter peccare censendus est ille, qui in eodem die festo diversis vicibus interpolatis modicè quidem laborat, sed ita ut unam ad tempus notabilem attendat, & ratio est quia plura illa opera servilia distinctis vicibus facta uno, eodemque die continuantur, & parva illa temporis intervalla violata in eodem die constant unam notabilem violationem, sicut si quis eodem jejuniu die per diversa tempora intervalla singulis vicibus modica comederet, jejuniu violaret, quando modica illa unita notabilem facerent comestionem. Et ex hac doctrina solvitur alia difficultas, an mortaliter peccet, qui in causa est, ut multi eodem ad diversis diebus opera servilia præstat, que licet respectu singulorum modicum, & exiguum quid censentur; magnam tamen, & notabilem constituerent materiam, si simul acciperentur, & unirentur. Dicendum enim est non peccare mortaliter, quia unius opus nequaquam unum cum opere alterius, idemque erit si singulis successive per modicam horam in eodem die laborent, etiam uno post alterum laborante, totus dies occuparetur, quia parti modici unius opus cum opere alterius non connectitur, nec continuatur; sicut ergo singuli se operantes in die festo non censentur peccare mortaliter, ita neque Dominus iubens sic illos laborare, quia non magis peccat, quam ipsi serviliter laborantes.

78 Quoniam in hoc tertio Decalogi præcepto exterior Dei cultus præcipitur, ut supra dictum est, conveniunt Doctores duo præsertim ad sanctificationem dierum festorum requiri, primum est, ut ab operibus servilibus abstinere; alterum est ut dies illi cultui divino; aliisque piis operibus impendantur; postquam igitur declaratum est in precedente articulo, a quibus operibus abstinere debet fideles festis diebus ex vi tertii hujus præcepti, tunc videndum est, quæ fidelibus facienda imponantur per hoc præceptum, & per quos actus, & per quæ opera Deus exteriori hoc cultu coli debeat, & quibus proinde operibus hujusmodi festis diebus insistentum sit ad hujus præcepti observationem.

79 Primum itaque ex communi omnium consensu præ cæteris Religionis, & pietatis exercitiis, quæ ad debitam festorum celebrationem pertinent, hoc præceptum fideles omnes obligat postquam ad annos discretionis pervenerint, & usum rationis adepti fuerint, ut Sacratissimo Missæ Sacrificio intersint cum ea devotione, & attentione, quæ tantum decet mysterium singulari Dominici diebus, & aliis diebus festis, que sub præcepto observari præcipiuntur; & hoc præceptum Ecclesiasticum expressè habetur de Consec. d. 1. cap. Missæ, & eadem diff. cap. Omnes fideles, & cap. Si quis etiam; ut Alesanus nosse advertit lib. 4. tit. 16. de auditione Missæ, & Montregalis loc. cit. cap. 4. ac alii Recentiores passim, & satis constat ex universali, & continuata Ecclesiæ praxi. Tria autem præsertim requiri ad hujus præcepti satisfactionem docent Doctores communiter primum est præsentia moralis, & humana; unde non satis est, si capere vigilans interesse, & deinde obdormias, cum tunc præsentia moralis per omnium interrumptur, non autem necesse est audire, vel videre, nam cæcus, & surdus satis præceptum adimplet. Alterum est debita attentio, qui enim corpore quidem præsens esset, sed animo vanis cogitationibus per aliquam notabilem Missæ partem deliberatè distrahatur, præcepto non satisfaceret; unde hæc attentio consistit ad minus in negatione distractionis externæ, id est, negatione ejus negotii, vel occupationis externæ, quæ ex se distractiva sit mentis ab auditione Missæ, quale esset, v. g. velle historiam legere, confabulari, ludere, scribere, & similia, ut docent Coninch, Hurtaudus, Diana, Lessius, Henriquez, Layman, Lugo, Tamburinus, & alii Recentiores ex D. Antonino, Durando, Sylvestro, Medina, & aliis antiquioribus, quare audiens debet esse attentus saltem virtualiter, & in consilio, itaut aliquo modo advertat, quid fiat; hinc si quis nunc attendat, nunc fabuletur, ut autem semper advertere possit, quid fiat, licet peccet irreverentia, non tamen damnandus est peccati mortalis. Tertium tamen, quod ad hujus præcepti satisfactionem requiritur, est, ut integra audiat Missa usque ad Sacerdotis benedictionem juxta Canon. 47. Concilii Agathensis, & cap. Cùm ad celebrandas de Consec. d. 1. qui enim abque iusta causa partem aliquam Missæ prætermittit, peccat venialiter quidem, si exigua sit, mortaliter verò, si notabilis. Quæ autem sit hæc notabilis Missæ pars, Doctores non conveniunt, aliqui enim eam esse existimant, quæ a principio Missæ usque ad Epistolam exclusivè protenditur, ut Navarrus, Suarez, Toletus, Bonacina, & alii plures. Aliqui verò eam extendunt, usque ad initium Evangelii, ut Sylvestre, Coninchus, Azorius, & alii. Quare secundum communem à mortali excusantur, qui audiunt Missam a principio Epistolæ, vel secundum alios, Evangelii usque ad finem, vel ab initio usque ad Communionem: sed de Missa alia plura dicemus disp. seq. cum de præceptis Ecclesiæ tractabimus. Pro nunc addere sufficit, ab hoc præcepto excusare impotentiam physicam, ut cum quis est in carcere detentus, vel lecto per ægrotudinem affixus; ac etiam impotentiam mortalem, cum scilicet, non nisi cum summa difficultate, vel gravi detrimento proprio, vel alieno temporali, vel spirituali Missam audire potest, ut si quis timeat adeundo Ecclesiam ab hostibus in via occidi, vel si domum deserat, a furibus expoliari, vel si infirmum solum relinquitur ne grave aliquod patiat in commodum.

80 Secundo est difficultas, an qui discedit à loco, ubi dies festus colitur teneatur audire Missam preveniendum, si eo mane perventurus est ad locum, ubi dies festus non celebratur. Afirmant Navarrus, Rodriguez, Clavis regia, Emmanuel Sà, Suarez, Grassius, & plures alii, quorum ratio est quia præceptum audiendæ Missæ afficit ipsum, ubi ipsum deprehendit, & cum hujusmodi præceptum non sit ad aliquam horam certam determinatam, obligat ut quam primum adimpleatur, si postea adimplere

adimpleri non possit. Negat Bonacina disp. 5. quæst. 4. punct. 3. cum Sanchez, & aliis quibusdam, quorum ratio est quia præceptum audiendi Missæ obligat pro tempore matutino usque ad meridiem, non vero simpliciter pro brevi illa hora matutina, aut pro tempore, quo quis futurus esse extra terminos territorii, in quo dies festus celebratur. Unde ad rationem in oppositum respondet negando præceptum obligare summo mane ad Missam audiendam, sed indifferenter obligare pro toto tempore matutino usque ad meridiem, alioquin homines peccarent quoties Missam summo mane non audirent. Sed prima opinio probabilior, ac magis pia videtur, quia prævidens aliquid periculum, & impedimentum futurum adimpletionis præcepti, hujus adimpletionem prævenire tenetur, alioquin malitiosè illud prævaricari censetur; ergo qui summo mane opportunitatem habet audiendi Missam die festo prævidens fore, ut reliquo tempore Missam audire nequeat ob aliquod impedimentum, illam summo mane audire tenetur. Nec valet, quod Bonacina respondet subditum teneri prævenire adimpletionem præcepti, quoties tempore impedimenti prævisio adhuc respectu ipsius viget obligatio præcepti, non vero teneri prævenire adimpletionem dum prævidet fore, ut subsequenti tempore exemptus remanebit; & quamvis præceptum audiendi Missæ absolute loquendo non obliget pro brevi illa hora matutina, sed pro tempore matutino usque ad meridiem; tamen in casu posito, quod prævidet impedimentum futurum adimpletionis præcepti, & videtur teneri prævenire adimpletionem præcepti, & consequenter obligari pro illa brevi hora matutina; non quidem simpliciter, & absolute loquendo, sed data illa suppositione prævisionis impedimenti futuri adimpletionis præcepti, etiam si prævidet fore, ut subsequenti tempore ab onere præcepti exemptus remanebit, sic enim adhuc dolose, & malitiosè videretur adimpletionem præcepti prætermisisse.

71 Tertio est difficultas, An præter Missam teneamur ad aliquid aliud in die festo. Affirmant antiquiores nonnulli quorundam Canonum auctoritatibus innixi, qui hoc docere videntur: nam in sexta Synodo datur licentia iter agendi in die festo dumtaxat, ut hujus occasione Missæ orationes non prætermittantur; ergo orationes sub eodem præcepto constituntur, quo Missa. Item ex Concilio Carthaginiensi 4. c. 24. videntur fideles obligari ad audiendam concionem in die festo, quando in publico Ecclesiæ conventu fit, & idem habetur Can. 10. Apostolorum, quod scilicet omnes fideles debent, qui ad Missas conveniunt Sanctas Scripturas audire. Et idem etiam deducitur ex Concilio Tridentino, sess. 7. cap. 2. & sess. 24. c. 4. de Reformationibus præcipitur Episcopis, & inferioribus pastoribus, sicut Parochis, ut saltem diebus Dominicis, & solemnioribus festis populis suis per se, vel per alios prædicent Verbum Dei. Communis tamen, & vera sententia, ut refert Monfregalis nosse l. c. 4. ar. 1. docet hoc præceptum colendi Deum in die festo, quatenus affirmativum est, non obligare ad exercendum intra illum diem alium actum externum divini cultus præter Missam, & ratio est, quia Ecclesia nihil aliud præcipit, nec invenitur scriptam aliud præceptum, nec traditione, nec consuetudine habetur. Ità Navarrus, Suarez, Azorius, Layman, & alii Recentiores passim dicentes, quod esse consilium fuit, qui in Missa audienda die festo impediti sunt, ut alias orationes ad Deum fundant, non tamen id ab Ecclesiâ præceptum est, nam finis præcepti non cadit sub præcepto, nisi quatenus intrinsecè continetur in objecto, quod præcipitur, ut docet D. Thomas par. 2. qu. 110. ar. 9. & 10. at vero cultus Dei est quidam finis Ecclesiasticus hujus præcepti, sed non præcipitur in alia materia, seu objecto, nisi in hoc determinato, ut Missa audiretur. Nec auctoritates adductæ aliud convincunt, ex verbis enim eorum non præcipitur aliæ orationes ex vi hujus præcepti, præter illas, quæ in Missa fiunt, & quibus cum debita attentione debent illi assistere, vel si intelligantur de aliis, continent consilium non præceptum, aut certe indicant tantum finem præcepti, qui finis non semper cadit sub præcepto, ut dictum est. Nec etiam ullam est præceptum obligans in rigore, & per se audiendam concionem in die festo, ut constat ex communi usu, & sensu fidelium, & fortasse tempore illo hoc statutum fuit ad majorem Fidei Christianæ propagationem, quæ necessitas nunc non adest. Denique neque in Concilio Tridentino, id præcipitur dicit enim Pastor Ecclesiæ ex officio teneri prædicare Verbum Dei, & docere, ac instruire populum, & determinat, ut saltem in diebus Dominicis, & solemnioribus festis hoc faciant, ubi id commode fieri potest, unde non tam rigorosè, & præcisè id præcipitur, ut peccare graviter

cessentur, si interdum, vel sæpius illud omittant, non enim utitur Concilio verbis tales, ac tantam obligationem inducentibus; sed mandat, ut id faciant illis diebus, & aliis per Quadragesimam, & Adventum, si ita opportune duxerint, ut ibi additur, & alias quoties quidem id oportere fieri potest iudicabitur, ut notat Monfregalis loc. cit.

82 Quarto est etiam difficultas, An præter cultum externum in die festo teneamur etiam ad internum. Scotus nosse l. c. d. 37. §. Quantum ad secundum, affirmare videtur, loquens enim ibi de præcepto diligendi Deum super omnia, & de tempore determinato, quo id præceptum obliget, habet hæc formalia verba. Quando autem sit hoc, forte determinavit illud præceptum divinum, sanctifica Sabbatum, & maneat unusquisque apud se, id est, recolligendo quantum ad Deum suum. Et Ecclesiâ specificavit quantum ad Missam audiendam in die Dominico de consec. d. 2. cap. Missa, & idem sentit videtur Caietanus tom. 2. opus. tract. 4. ubi ait, quod qui tenetur audire Missam die festo, tenetur non solum corpore interesse, sed etiam mente, quia præceptum Ecclesiæ omnibus factum de interessendo sacrificio intelligendum est more humano, ut scilicet interessint, rationale, atque ita concludit populum obligari ad Missæ cultum interessendum corpore, & mente, cum animo vacandi Deo, quantum Deus desiderat; hoc autem inquit facere non poterit, nisi mentem elevando, & actum dilectionis Dei super omnia exhibendo. Angelus etiam verbo *Exria* nu. 41. dicit, quod tenetur homines, ad elicendum adum contritionis in diebus festis, si sint in peccato mortali. Verum communis, & verior opinio docet præter cultum externum in die festo audiendi Missam non teneri ad illum adum internum mentis, nisi quantum sufficit ad attentionem ad Missam debitam modo superius explicato, & Navarrus in Manuali cum pluribus aliis, & communis sententia docet non teneri homines ad actum internum dilectionis Dei super omnia, ut contritionis in diebus festis; & hujus opinionis videtur etiam esse Doctor nosse loco citato læte pro opposita ceterum, dum ait quantum ad cultum Deo exhibendum in diebus festis, Ecclesiâ hoc specificasse quantum ad Missam audiendam; ergo de mente ipsius ad nullum actum tenetur internum contritionis, vel dilectionis Dei super omnia; & obligationem actus interni tribuit sanctificationi Sabbati in lege veteri, non autem Dominice diei lege Evangelica, ut evidentè constat ex ejus verbis supra relatis, quare non puto a communi opinione recedendum.

83 Quinto tandem ex dictis in hac quaestione inferitur cum Abellio de tercio Decalogi præcepto sect. 2. §. quod modis in hoc præceptum peccetur, etiam ex dictis art. 1. deducitur contra hoc præceptum peccare, qui diebus festis contra Ecclesiæ prohibitionem opera exercet servilia abque ulla legitima causa, & qui alios ad id cogunt, vel inducunt, ac etiam Superiores subditi permittenes diebus festis operibus illis servilibus vacare. Item qui diebus illis officinas tenent apertas ad merces vendendas victu quotidiani minime necessarias, & qui citra necessitatem aliquid vendunt, vel emunt, præsertim si in emptoribus, & venditoribus, illis tempus aliquod notabile impendatur. Item Judices, ac illorum Officiales diebus festis judiciales actus exercentes abque ulla urgente necessitate; & tandem qui totos dies festos, aut maximam illorum partem commensationibus, choreis, ludis, ac aliis actionibus vanis impendunt. Deinde ex dictis in articulo deducitur graviter contra hoc præceptum peccare qui diebus festis Missam audire omittunt, vel integram non audiunt; vel si præsentem fuerunt, non tamen cum debita attentione assistunt, & partem aliquam ejus vanis cogitationibus, & superfluis confabulationibus deliberatè dilaxaverunt; ac denique peccare Patres familias, & alios Superiores, qui a filiis & subditis Missam diebus festis audiri parum curant, & negligunt.

QUESTIO QUINTA.

De quarto Decalogi præcepto.

84 Explicatis hætenus primæ tabule præceptis Dei cultum, honorem, & amorem respicientibus nunc ad præcepta secundæ tabule procedendum est, quod ad proximi dilectionem pertinent, exordio ab illo desumpto, quod exodi 20. primum obrinet locum, & illis exprimitur verbis: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.* Ratio autem ordinis, & connexionis, seu continuationis hujus quarti præcepti ad tria alia præcedentia primæ tabule est, quia cum præcepta Decalogi non ordinantur ad dilectionem Dei, & Proxi-

mi, hoc quarto præcepto præcipitur ordinatio hominis ad proximum suum; inter proximos autem maximè obligantur parentes, & idèdè immediatè post præcepta nos ad Deum ordinantia, tamquam ad ultimum finem, & universale principium nostri esse, ponitur præceptum nos ordinans ad parentes, qui sunt particulare principium nostri esse; & quoniam præter obligationes generales, quæ unumquemque proximorum spectant, sunt aliqua specialia filiorum erga parentes, & vicissim parentum erga filios, quæ hoc quarto Decalogi præcepto præscribuntur, ista sunt in præfati quaestione explicandæ; quamvis enim in hoc præcepto expressè mentio non fiat amoris, & honoris parentum erga filios; nihilominus subintelligitur, ut Bonac. advertit disp. 5. qu. un. punct. 1. ex D. Antonino p. 2. tit. 14. c. 4. eum enim ipsam naturam parentis in amore, & honorem filiorum sufficenter inclinet, opus non fuit hoc debitum exprimeret, quia verò illi in honorem, & amorem parentum ita non sunt propensè, idèdè in hoc præceptum facta fuit expressa mentio honoris filiorum in parentes; & hæc omnia docet etiam Alesanus nosse l. 1. tit. 21. ar. 1. in fine, & ante omnes D. Bonnav. j. d. 37. dub. 4. litterali.

ARTICULUS PRIMUS.

Quam sint obligationes filiorum erga parentes.

85 Debet Catholicus Romanus nomine honoris parentibus exhibendi tria præcipue significari reverentiam scilicet, amorem, & obedientiam, quibus aliqui addunt sustentationem, ut Alesanus, & Bonacina loc. cit. quæ ad amorem reduci potest; hæc ergo quatuor actus in quibus honor parentibus exhibendus præsertim consistit, in hoc articulo explicabimus incipiendo ab actu reverentiæ parentibus debitæ, quos quidem ait Alesanus loc. c. esse actus cuiusdam virtutis specialis, quæ pietas dicitur, & a Tullio pars iustitiæ ponitur, cum enim ad rationem iustitiæ pertinet, quod debitum alteri reddat, ubi invenitur specialis ratio debiti alicui personæ, ubi est virtus specialis sub iustitia contenta; debetur autem aliquid alicui specialiter, quia est principium pro lucens in esse, & gubernans; hoc autem principium pietas respicit, in quantum parentibus, & patriæ, & his qui ad hoc ordinantur, officium, & cultum impendit, & sic patet, quod pietas est virtus specialis ad iustitiam reducibilis, & quod ad eam pertinet honorum parentibus exhibere. Ita Alesanus loc. cit.

86 Primum, itaque ratione pietatis tenetur filius parentibus suis reverentiam exhibere, quod non solum ex verbis hujus quarti Decalogi præcepti deducitur, *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam*, sed etiam ex ipso jure nature, qui hoc nititur præceptum, jus enim nature dicitur reverentiam esse parentibus exhibendam, non tantum interiori, quæ fit per recognitionem Superioris, & per quemdam timorem filialem, sed etiam exteriori, quæ verbis exhibetur, & aliis signis, scilicet, de eis honorifice loquendo, assurgendo, caput inclinando, famulando, & similibus, quare olim edixerat Deus Exod. 21. *Qui male-dixerit Patri, vel Matri morte mortetur*; unde contumelias, convicia; irrisiones, & alia similia peccata; & in aliis personis plerumque ob levitatem matris veniale malitiam non tran-scenderent, si hæc in parentibus fiant, ob circumstantiam personæ secundum communem Doctorum, ut plurimum mortalia censentur; & hæc eadem ratione si filius parentem percutiat, etiam si percussio fit levis, imò secundum aliquos etiam si solum manum atrolat ad verberandum, peccatum mortale committit, & solum modo interminari gravi respectu illius injuria censetur. Ità Navarrus, Gratius, Reginaldus, Clavis regia, Bonacina, Tamburinus, & alii passim. Item si parentes despiciat, & agnoscere noluerit, id quod sint pauperes; quod si tamen exterius tantum dissimulet, & non apud se habere ex justa causa, dummodo de necessariis provideat, a peccato gravi cum Bonacina excusat loc. cit. id quod rationabiliter non sint invitati, si v. g. hoc faciat ad vitandum damnum honoris, divitiarum, aut vitæ, quod aliquo illis cogitis incurreret, tunc enim parentes rationaliter id egre ferre nõ debent, nec injuriæ adscribere, sed pro filii bono consensere tenentur tali dissimulationi. Demum graviter etiam peccat filius contra hoc præceptum, si parentes in foro externo etiam de vero crimine accuset exceptis tamen criminibus hæreticis, conditionis patriæ, vel conjurationis in Principem, cum non est alius corrigendi modus; unde à mortali filius excusatur, qui parentes infames, aut proditores, vel hæreticos designatur, justam enim habet designationis causam in tali casu, cum bonum commune sit privato præferendum, tum quia ut ait Alesanus loc. cit. honorem Patriæ celestis tenetur præferre honori patriæ carnalis, unde in tali casu ait tenete Evangelicum illud: *qui honorat Patrem, & Matrem*

plurquam me, non est me dignus, sic etiam Bonac. dicitur loc. cit. cum Doctoribus allatis.

87 Sed difficultas est, An si Princeps det liberam facultatem occidendi proscriptos à patria, licite ne filius patrem occidere possit. Affirmant Jurisconsulti nonnulli, tum quia filius negare debet alimenta patri proscripto; ergo & poterit occidere; tum quia alicubi adfuit leges, ut qui proscriptos occiderit, certam mercedem consequatur, à cujus consecutione filius non excludatur. Negant Layman, Tamburinus, & alii Summistæ, quia id graviter, atque idèdè moraliter cum Charitate repugnat, & pietate, quia filius Patrem amplecti debet, & ajunt leges illas, quæ filium non excipiunt, jam defuisse, & expirasse, quia impie sunt, ut & impium esset alimenta denegare patri proscripto quod Layman etiam extendit ad parentes respectu filii, & ad uxorem respectu mariti. Quæres, an in aliquo casu liceat filio patri suo manus violentas inferre. Respondet Monfregalis nosse de quarto Decalogi præcepto c. 3. tunc solum licere, quando filius vult se ipsam tueri à nece, cum sibi patris imminat inferre, si alio modo se tueri non possit, aut quando aram exipit, ut Rempublicam, Principem defendat, pro quo citat Azorium, & alios. Cæterum, quamvis id in primo casu concedi possit, ac debet, negat tamen Tamb. l. s. c. 2. id concedi posse in alio casu quod probabilius videtur, & ait tantum prohiberi posse filium, ne patri alimenta ministraret, id enim quid negativum est, ad non possitè interficere posse.

88 Secundò ratione pietatis tenetur filius speciali modo ad amorem erga parentes, adeo ut odium parentum longè gravius peccatum sit odio cuiuscumque alterius personæ, quæ de causa Navarrus, Toletus, Tamburinus, & alii dicunt hæc circumstantiam personæ parentum in peccato odii esse in confessione aperientiam, ut potè constituentem peculiarem impietatis speciem. Neque sufficit amor internus, sed tenetur filius signa etiam externæ benevolentie parentibus ostendere in occasione necessitatis, sive corporalis, sive spiritualis; ex quo deducitur amorem, quo filius parentes prosequi tenetur, primò consistere in fuga odii, quod est præceptum negativum de non habendo odio parentes, deinde in exhibitione signorum amoris, quod est præceptum affirmativum ad amorem positivum parentum obligans, saltem cum subest necessitas corporalis, vel spiritualis, quia iudicio viri prudentis signa amoris exhibere tenentur, v. g. alimenta, & alia ad victum necessaria eis subministrare, si in gravem egestatem redacti fuerint; si in ægritudinem incidierint, vel in carcerem sint detrusi, illos visitare, & quantum in ipsis esse subvenire, & sperurare, ut pristinam sanitatem, vel libertatem recuperare possint; & a fororibus curare, ne abque digna Sacramentorum susceptione migrent ex hac vita, ne opera piæ coram testamentis præscripta, diu differantur, & tandem ne suffragis Ecclesiæ, & aliis subditiis peccat mortem debitis fraudentur. Undè colligitur graviter peccare filios contra amorem parentibus debitum, si signa odii parentibus ostendant, eoque aspre tractent, si eis non subveniunt in gravi necessitate corporali, vel spirituali; si non impliant eorum testamenta, & legata, modo sint hæredes; si gravem alium, v. g. mortem illis optent, & similia, ut quamprimum in hereditatem succedant. Ita Navarr. Reginald. Fill. Tolet. Bonacina. Tambur. & alii passim.

89 Sed hæc oritur dubium, An si pater nulla bona filio reliquas, tenetur hic ex propriis bonis solvere debita patri. Affirmant quidam Jurisperiti innixi L. his solis ff. de condic. indebit. in qua sancitur, si quis rem alienam acceperit, & res illa in utilitatem alterius fuerit concessa, teneri hunc tertium ad restitutionem, si is, qui accepit non solverit, & hoc etiam affirmant de mutua pecunia à Patre accepta, quæ expensa fuit pro alimentis ejusdem filii. Negant Molina, Regin. Sanchez, Tamburino, & quidem probabilius, cum aliis Summistis, & ratio est, quia mutui repetendi obligatio est personalis, quare cum filios nomine suo pecuniam illam non susceperit, nihil omnino debet; quod etiam quoad pecuniam pro filii alimentis susceptam, de qua major est difficultas, affirmari debet; quia Pater filius alere tenetur, & hi jus habent adversus Patrem alimenta petendi, quare causa mutuum illud à genitore acceptum semper contra illum urgebit, & cadet, & non adversus filios. Quod etiam probatur à pari, sicut enim deficientibus viri bonis uxor regulariter non tenetur debita viri solvere, etiam ad ipsam uxorem, & ad familiam alendam contracta, quia utramque alere marito incumbit, & non uxori; ita pariter in casu posito, si bona paterna non super sint. Neque urget lex in oppositum adducta, illa enim solum habet locum, cum tertius pecuniam accepit ex causa lucrativa, non autem onerosa, at filius alimenta conquisivit ex causa onerosa, quia ipsi omnino à Patre debebantur.

90 Tertio tenetur filii obedire parentibus, unde à Apostolus pluribus in locis illud inculcat *filii obedite parentibus vestris, ad Ephel.*